Fragmentarium

ut ad abbates aut xpianos uicinos claruerit prohibeant
prauorum praeualere consensum sed domui di dignum consti
tuant dispensatorem. scientes se pro hoc recepturos
mercedem bonam si illud caste & zelo di faciant
sicut e contrario peccatum si neglegant; Ordinatus
autem abba cogitet semper quale honus suscepit & cui
redditurus est rationem uillicationis suae; Sciatq;
sibi oportere magis prodesse quam praeesse; Oportet
ergo eum esse doctum lege diuina ut sciat [illegible]
unde proferat noua & uetera; Castum sobrium mise
ricordem & semper superexaltet misericordia iudicium
ut idem ipse consequatur; Oderit uitia diligat
fratres; In ipsa autem correptione prudenter agat & ne
quid nimis ne dum nimis cupit eradere eruginem
frangatur uas; Suamq; fragilitatem semper suspectus
sit; Memineritq; calamum quassatum non con
terendum; In quibus non dicimus ut permittat nu
trire uitia sed prudenter & cum karitate ea
amputet prout uiderit cuiq; expedire sicut iam
diximus & studeat plus amari quam timeri; Non sit
turbulentus & anxius non sit nimius & obstina

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 36v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/49003)